viſſe, ſed eundem potius in ipſo ſacro quæſiviſſe codice. Quod quidem placeret, ſi modo adducta verba, vel in Geneſi, vel Deuteronomio, vel libro Judicum legerentur. De libro Geneſeos intellexerunt quoque Rabbaniſtæ in vetuſto Commentario Breſch. R. fol. 8, col. 4.

Quis eſt liber Recti? ℟. *Liber Abrahami, Iſaaci & Jacobi. Cur vero appellatur liber Recti? quia* [Num. XXIII, 10.] *legitur: moriatur anima mea morte rectorum. R. Hilpeta probare voluit ex illo Gen. III,* 18. (ad dominandum die atque noctu, *quia juſti dominantur ſtellis.*) *R. Chanin nomine R. Samuel probare voluit ex fine libri* (*Gen. XLVIII,* 19.) *Sed frater ejus minor natu* (Ephraim) *creſcet magis, quam ipſe* Manaſſe). *Et fortaſſe ita eſt: Joſua enim deſcendit ab illo* (*Ephraimo*) *hic vero juſſit ſubſiſtere motum Solis & Lunæ, quæ ſidera dominantur ab initio mundi ad finem ejus. R. Chanin nomine R. Schmuel filii R. Jizchak adduxit rationem ex libro legis* (*Deut. XXXIV,* 17.) primogenito bovi ejus erit gloria. *Et fortaſſis ita*

מאי ספר הישר ספר אברהם יצחק ויעקב: ואמאי קרי ליה ספר הישר: דכתב [תמות נפשי מות ישרים] ר' חלפת' מייתי ליה מן הכא (למשול ביום ובלילה) ר' חנין בשם ר'שמואל מיותי לה מסיפא דספרא (ואולם אחיו הקטן יגדל ממנו) ואפשר כן אלא זה יהושע שהוא עומד ממנו שהוא מעמיד גלגלי חמה ולבנה שהן שולטין מסוף העולם ועד סופו: ר'חנין בשם ר'שמואל בר רב יצחק מיתי לה מסיפא דאורית' (כבוד שורו הדר לו) אפשר כן אלא זה יהושע: שהוא עומד